

nisi prius de alto inregressibiliter
descendentes in planum dixerit
obedire, nam digni sumus intolle-
rabili pena et filii mendaciter
nominamur, si neglexerimus ultio-
nem. quoniam, cum fuisset dedi-
ficata florentia, ne relevaretur
ciuitas fesulana, passi sumus eandem
regioni tanto tempore superesse
et appellare se liberam, que dei
debet ancilla, vel se dicere quasi
parem, que debet rationabiliter
subiacere. oportet igitur transire
per ignem, si non reperiretur
transitus aliunde, ac eos de
medio tollere, qui non trepidave-
runt antiquis urbi resistere
ipsam et orbem omni tempore
contemnendo.

Cum autem placisset populo
sapientis oratio, illico a consulibus
exiit edictum et preceptum factum
est ab eisdem de preparatoriis omni-
bus ad exercitum, et dies itineris